6
22-a

6
12 E
57

6- 22. a. 26

VI D 28

6. G. 12.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPIGRAMMATA
SACRA

Petri Franciſci Vrſini Poſtea Benedicti XIII

D. DOMINICO
GUSMANO
DICATA

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BONONIÆ M.DC.LXIX.

Typis Io. Baptiſtæ Ferronij. *Superiorum permiſſu*.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

FLoridum, quod ſupra ſacri culmen Parnaſſi viridarium plantauit Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Petrus Franciſcus Vrſinus, iuſſu Reuerendiſs. P. Inquiſitoris magno animi lepore ingreſſus, nedum a ſacrorum olida florum fragrantia allectus, verum etiam a ſtupore ſurreptus, quod Vrſus, cui propriæ ſiluæ ſunt, viridaria plantet, ideo totam in ipſius lectione operam dedi, totum percurrere viridarium curaui. Tantum abeſt, ipſum, vel in fidem, quæ in muliere pede Lunam calcanti, amicta Sole, Stelliſque coronata reportatur, vel in bonos mores, qui, teſte Platone, magnam muſicam, hoc eſt concordem animorum conſonantiam formant, aliquid effutire, ut potius fidei florida de novo ſerta ſtruat, conſonantia bonorum morum ſuæ ſacræ addat lyræ concentum, vt dulciorem emittant ſonum. Cum igitur æterni Solis, æuiternorumque ſiderum lucida huc translata conſpiciam præconia, vt æternitati viuat, luce publica dignum reputo.

Ita eſt Fr. Antonius Maria Catelanus de Vincentia Ord. Præd.

Digitized by Google

TIBI,

Diue Dominice Guſmane, Patriarcha Ibere,
Qui,
Dum viſa ſibi Mater catulum,
ore facem tenentem,
in vtero geſtare;
allaturus Orbi lucem præuiſus fuiſti:
& verè;
Solem enim Mundo ab Occidente
nunquam occiduum
in Europam dediſti
Angelicum:
Sacri Prædicatorum Ordinis
Sanctiſſimo Fundatori.
Tibi,
Cuius frons Cœlum, trahens Stellas, refulſit,

meas

Digitized by Google

meas Vrſinas deuoueo
Ingenij primitias,
& debeo;
Adhuc namque Vrſæ Stellæ ſunt.
Tibi,
Qui morum Divina harmonia,
& concionum ſacra tuba
Diſſonas Hæreticorum blaſphemias extirpaſti,
meæ debentur deuotionis concentus.
Tibi,
Qui fidus es Domini Canis,
fidele cuſtodiens Ouile;
Cicurem Chriſti Vrſum
Cuſtodiendum trado.
Tibi,
Qui Equitem quondam Vrſinum

Digitized by Google

Ex equo lapſum, & extinctum;
in vitam revocaſti,
me ipſum dedo,
Dum Pegaſum conſcendere auſim,
ruere enim, te Duce, non timebo.
Tibi,
Cui Virgo Dei Mater ſuas præbuit Roſas,
meas Vrſinas Roſas,
mearumque hoſce Muſarum flores
D. D. D.
Petrus Franciſcus Vrſinus.

Digitized by Google

Auctor Lectori.

AMicorum iuſſu, atque exhortatione, hanc meam in lucem edere opellam ſum adductus. Qualiſcumque hæc ſit, Vrſinus eſt fœtus. Eum, Lector, ne Cynico dente dilanies. Meminiſſe enim debes, inſitum natura Vrſis vngues in mordaces acuere, atque exercere. Quamquam hæc per iocum. Mercari famam hiſce ex nugis non auſim, neque penſi quid habeo, quod in Muſam tenellam meam male olentia ora effutiant. Satis namque præſtaſſe videor, amicorum voluntati, meæque deuotioni quod ſatisfecerim. Vale.

Ad

Digitized by Google

6
22–a

6
12 E
57

6. 22. a. 36

VI Z 26

6. G. 12.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPIGRAMMATA
SACRA

Petri Franciſci Vrſini Postea Benedicti XIII.

D. DOMINICO
GUSMANO
DICATA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BONONIÆ M.DC.LXIX.

Typis Io. Baptiſtæ Ferronij. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ROMA

FLoridum, quod ſupra ſacri culmen Parnaſſi viridarium plantauit Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Petrus Franciſcus Vrſinus, iuſſu Reuerendiſs. P. Inquiſitoris magno animi lepore ingreſſus, nedum a ſacrorum olida florum fragrantia allectus, verum etiam a ſtupore ſurreptus, quod Vrſus, cui propriæ ſiluæ ſunt, viridaria plantet, ideo totam in ipſius lectione operam dedi, totum percurrere viridarium curaui. Tantum abeſt, ipſum, vel in fidem, quæ in muliere pede Lunam calcanti, amicta Sole, Stelliſque coronata reportatur, vel in bonos mores, qui, teſte Platone, magnam muſicam, hoc eſt concordem animorum conſonantiam formant, aliquid effutire, ut potius fidei florida de novo ſerta ſtruat, conſonantia bonorum morum ſuæ ſacræ addat lyræ concentum, vt dulciorem emittant ſonum. Cum igitur æterni Solis, æuiternorumque ſiderum lucida huc translata conſpiciam præconia, vt æternitati viuat, luce publica dignum reputo.

Ita eſt Fr. Antonius Maria Catelanus de Vincentia Ord. Præd.

 Tibi,

TIBI,
Diue Dominice Guſmane, Patriarcha Ibere,
Qui,
Dum viſa ſibi Mater catulum,
ore facem tenentem,
in vtero geſtare;
allaturus Orbi lucem præuiſus fuiſti;
& verè;
Solem enim Mundo ab Occidente
nunquam occiduum
in Europam dediſti
Angelicum:
Sacri Prædicatorum Ordinis
Sanctiſſimo Fundatori.
Tibi,
Cuius frons Cœlum, trahens Stellas, refulſit,

meas

Digitized by Google

meas Vrſinas deuoueo
Ingenij primitias,
& debeo;
Adhuc namque Vrſæ Stellæ ſunt.
Tibi,
Qui morum Divina harmonia,
& concionum ſacra tuba
Diſſonas Hæreticorum blaſphemias extirpaſti,
meæ debentur deuotionis concentus.
Tibi,
Qui fidus es Domini Canis,
fidele cuſtodiens Ouile;
Cicurem Chriſti Vrſum
Cuſtodiendum trado.
Tibi,
Qui Equitem quondam Vrſinum

Ex

Digitized by Google

Ex equo lapſum, & extinctum;
in vitam revocaſti,
me ipſum dedo,
Dum Pegaſum conſcendere auſim,
ruere enim, te Duce, non timebo.
Tibi,
Cui Virgo Dei Mater ſuas præbuit Roſas,
meas Vrſinas Roſas,
mearumque hoſce Muſarum flores
D. D. D.
Petrus Franciſcus Vrſinus.

Au-

Digitized by Google

Auctor Lectori.

AMicorum iuſſu, atque exhortatione, hanc meam in lucem edere opellam ſum adductus. Qualiſcumque hæc ſit, Vrſinus eſt fœtus. Eum, Lector, ne Cynico dente dilanies. Meminiſſe enim debes, inſitum natura Vrſis vngues in mordaces acuere, atque exercere. Quamquam hæc per iocum. Mercari famam hiſce ex nugis non auſim, neque penſi quid habeo, quod in Muſam tenellam meam male olentia ora effutiant. Satis namque præſtaſſe videor, amicorum voluntati, meæque deuotioni quod ſatisfecerim. Vale.

Ad Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Petrum Franciſcum Vrſinum, Grauinenſium Ducem, ſacra Carmina ſcribentem,

Nicolai Antonii de Tura I. V. D.

EPIGRAMMA.

IN Cœlis Vrſum rebar ceu ſomnia: ſed nunc,
Cœlica dum tractat, viuit ibi Vrſus ouans.

Digitized by Google

Puero Ieſu circumciſo,

Epig. 1.

VT tollas ſpinas, perfundis ſanguine terram
Infans, & rubras ſpargis vbiq; roſas.

Scilicet haud poteras melius dare pignus amoris.
Dignius haud tanto munere pignus erat,

Digitized by Google

Domini noſtri Ieſu Chriſti Epiphaniæ.

Epig. II.

RES miranda! ſuper ſtipulas iacet altus Olympi
Conditor, & fœno membra tenella fouet.

Hunc tamen Eoi veniunt cum munere viſum
Reges, & noſcunt Numen adeſſe Dei.

Digitized by Google

Eidem.

Epig. III.

DOna ferunt Reges naſcenti ex Virgine Regi,
Oſtenduntq; Magis totius eſſe Deum.

Digitized by Google

Diuo Raymundo Penniaſort Ord. Prædicatorum; cum noluit Epiſcopalem dignitatem acceptare.

Epig. IV.

NOn ita vipereos ſugit exanimata puella
Curſus, cum flores prata per ampla legit;

Vt fugis oblatam meritis, Raymunde, thiaram;
Pauperis ad tuguri tecta redire parans.

Eidem

Digitized by Google

Eidem Sancto, cum nullo nauigio vſus, peractis centum ſexaginta milliarijs per mare, Barcinonem appulit,

Epig. V.

CVm fugeres, nec fortè forent quę lintea ferrent
Per freta, nubiferis concita vaſta Notis;

Intrepidus conſcendis aquas, elementaq; tranas
Humida, quæ placidè te, ſine lintre, vehunt.

Obſtupuit Natura, nouo perterrita Monſtro,
Faſſa ſuo ſimilem non alium eſſe Deo.


Digitized by Google

Diuo Hilario Epiſcopo, & Confeſſori, expugnanti fidei hoſtes ſtyli candore, & præſtantia.

Epig. VI.

EXpugnas calamo, linguaque, ò candide Paſtor,
Hoſtes, inuadit ſi quis ouile tuum.

Nullus ineſt ſcriptis error, ſed tramite recto;
Hoſtibus euictis, Coelica iura aperis.



Digitized by Google

Diuo Antonio Abbati,
pluribus Dæmonum legionibus ſuperatis;
iure optimo, laureato.

Epig. VII.

QVę te cũq; Stygis veniunt fera Monſtra petitũ,
Et tentant animam commaculare tuam;
Incaſſum aggrediuntur opus: fugit hoſtis ab hoſte,
Atque, vt Victori, præmia ſumma refert.

Romanæ Diui Petri Cathedræ:

Epig. VIII.

FAſcibus accumulet bis ſenis Conſul honores,
Roma triumphali geſtiat alta throno.

Plus micat illa tuâ, quâ geſtis, Petre, Cathedrâ,
Atque infers Vrbi clarius inde decus.



Diuo

Digitized by Google

Diuo Sebaſtiano Martyri;
Cui eiaculatæ ſagittæ pro alis ad Cœleſte Capitolium inſeruierunt.

Epig. IX.

HÆ,tua quę fodiunt violenter membra,ſagittę,
  Et rigido guttas ſanguinis ore bibunt,
Alarum tibi remigium,quo ad Sidera tendas,
  Præbent: ò verè ſpicula digna Polo!

Diuæ Agneti Virgini, & Martyri,
Agno, cui tenella nupſerat, comparatæ.

Epig. X.

VT melius Chriſto iungaris, Virgo tenella,
Et fias Sponſo par, ſimiliſque tuo;

Sponſi nomen habes: hic Agnus, tu Agna vocaris,
Paſcitur hic inter lilia, & ipſa roſas.

Digitized by Google

Diuo Vincentio Martyri,
Martyrij ad palmam parato.

Epig. XI.

VIctori celebris debetur iure triumphus;
Palmaq; pro meritis pullulat vſq; virens.

Vincenti, vt vincas hoſtes, ſtatuaſq; trophęum,
Maxima pro Chriſti nomine bella geras.

Digitized by Google

Conuerſioni Diui Pauli Apoſtoli,
Ex Lupo in Agnum conuerſi,

Epig. XII.

SIs licet vſq; Lupus, Chriſti inſecteris ouile,
Et rapido, quicquid diſcupis, ore vores;

Mox erit, vt totus niueum muteris in Agnum;
Quiq; Lupus fueras, Paſtor Ouilis eris.

Digitized by Google

Diuo Ioanni Chryſoſtomo Epiſcopo, & Confeſſori; Aureæ eloquentiæ Parenti.

Epig. XIII.

DIſcat clara ſuum Ciceronem Roma ſilere;
  Quamuis ore omnes traxerit ille viros.
Tela Periclæi nè iactent oris Athenæ;
  Ioannes auro dum ſcatet, ore loquens.

Trans-

Translationi D. Thome Aquinatis Ord. Prædicat. Virtutum culmine Mauſoleum promeriti.

Epig. XIV.

ITe alacres, pietas quibus eſt, & viſcera terræ
Scindite, marmoreos & penetrate ſinus.

Celſus Aquinati tollatur ad aſtra Coloſſus;
Sanctaq; magnificus contegat oſſa labor.

Digitized by Google

Diuo Paulo, cognomento primo Eremitę,
Cui inter ſiluas degenti Coruus neceſſariam
miniſtrat annonam.

Epig. XV.

AEręos inter montęs, ſiluaſq; comantes,
Tigris vbi,& Pardus,Linx vbi,& Vrſus adeſt,

Viuit Paulus inops: aſt huic nè pabula deſint,
Coruus edax,famulo,fert alimenta,Dei.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Diuæ Martinę Virgini, & Martyri,
Bellatrici pro Chriſto victoriam adeptę.

Epig. XVI.

VT ferres varios cruciatus fortis Amazon,
A ſæui, nomen, nomine Martis habes.

Sed tibi non Mauors, tibi non Bellona parauit
Palmas: ſed Chriſtus, quo duce, vincis ouans.

Digitized by Google

Diuo Ignatio Epiſcopo, & Martyri,
Chriſti amore accenſo,
Cæleſtes latices expetenti.

Epig. XVII.

IGnibus, Ignati, Cœleſtibus vſtus amoris,
Expertus niueas ſæpius ante faces,

Vt Ceruus ſitibundus aquas exquiris Olympi;
Non exples alia nam ratione ſitim.

Digitized by Google

In Purificatione B.M. Virginis,
Ad Simeonem, vt in Puero tenello Ieſu pueraſcat.

Epig. XVIII.

STringe Senex Puerũ; pueraſcere diſce ſeneſcens;
Vt ponas ſenium, traditur iſte Puer.

Ter felix, cui vita datur manſura cadenti;
A Vita vitæ munera lætus habes.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Blaſio Epiſcopo, & Martyri,
Præſidio qui cunctis eſt, nè quid mali in faucibus patiantur.

Epig. XIX.

QVam nihil officiunt quæcumque pericula alumnis,
Te verè, ò Blaſi, qui coluere, tuis!


Squamoſi quæcumque gregis per guttura ſpinæ
Incurrunt, rectà, te medicante, meant.

Diuæ Agathæ Virgini, & Martyri,
Nè exeƐta mamilla laboret.

Epig. XX.

IMperio tibi carnificis reſecanda papilla
Cum ſit, cumque tibi ſciſſa papilla cadat;

Quam, niſi Amazonidum ductricem iure vocabo?
Vincere ſic poteris, Virgo Virago, Stygem.



Diuæ

Digitized by Google

Diuæ Dorotheæ Virgini, & Martyri,
Quæ brumali tempore, dum ad martyrium duceretur,
pollicitas roſas Tyranno impetrauit expoſcenti.

Epig. XXI.

DElicias cum triſtis hyems negat vndiq; Pęſti,
Et ſimul arboribus roſcida mala negat;
Vtraque tu mittis per ludum, Virgo, petenti;
Scilicet ore paris tempore mala, roſas.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Romualdo Abbati,
nacto magiſtrum Marinum, a quo varie, virtutis
cauſa exercitus, nunquam viſus eſt queri.

Epig. XXII.

TRiſte omen! rigidum, iuuenis Romualde, Marinum
Perquiris, monſtrum quem reor eſſe maris:

Impatienter agit; ceu fluctus, verberat aures;
Nil mirum; ſcopulum te maris eſſe putat.

Diue

Diuæ Apolloniæ Virgini, & Martyri, vltrò in flammas ſe ſe projicienti.

Epig. XIII.

IGnibus addicta es, grandæua ò Virgo, Tyranni;
Et potes infernas vincere pura faces.
At nè fortè animum iam non habuiſſe puteris,
Vltrò in conſtructos te iacis ipſa rogos.

Digitized by Google

Diuę Scholaſticæ Virgini,
Vrſino ex Genere, quę viſa a fratre Benedicto,
pluuiam a Cœlo impetrat, nè ſtatim a ſe abeat.

Epig. XXIV.

DE rutilo Elias labi iubet æthere flammas;
Jam iam abſumpturas, quos notat ipſe reos

Delabi pluuias, iubet ore Scholaſtica, Cœlo;
Scilicet his fratri vincula nectit amans.

Digitized by Google

Sancto Valentino Martyri,
Poſt lumen cæcis redditum, iuſſo vitam ammittere.

Epig. XXV.

CAra Valentinus valeat cum lumina cæcis
Reddere,& optatum reſtituiſſe iubar,

Muñere pro tali, pro fœnorè ſæua reportat
Donà necis; ſed nex hæc pretioſa magis.

Digitized by Google

Cathedræ Diui Petri Antiochiæ.
Ad eundem D. Petrum, vt aliò tendat, firmiorem Sedem erecturus.

Epig. XXVI.

NOn hìc certa tibi,non hìc tibi firma petenda
  Eſt ſedes , Simon;maior habenda tibi eſt .
Roma, amor, & Mundi caput incrementa dat tua eſt;
  Roma thronus,Ro ma eſt gloria,Roma decus.

Diuo Matthiæ Apoſtolo,
Ad Apoſtolatum euecto, Ioſeph, cognomento Iuſto,
poſtdabito.

Epig. XXVII.

LÆtus Apoſtolicæ Matthias munere ſortis,
Præpoſitus Iuſto, iuſtior eſt habitus.

Noſse Deus, qui corda, poteſt dijudicat omnes;
Deprimit hinc, tollit quem placet indè polo.

Digitized by Google

Diuo Caſimiro Confeſſori ;
clariori propter ſanctitatem , quàm ob regiam dignitatem .

Epig. XX*VIII.*

DIuitias,Caſimire,tui dum deſpicis auri,
Magnifici Regis quàm benè nomen habes.

Non aurum Regi , ſed virtus grandia donat
Sceptra , parem Regi reddit & illa Deo .

Do-

Digitized by Google

Doctori Angelico D. Tho. Aqui. Ord. Præd. Eccleſiæ Doct. clariſs.cuius coruſcantibus doctrinæ facibus errorum tenebræ longè , latèq;propulſantur.

Epig. XXIX.

VT dio Thomas compleret lumine Mundum ;
Iuſtitiæ proprias Sol dedit ipſe faces .

Hinc lucet,præbetq; iubar , fugat Orbe tenebras ;
Errat ſub tenebris hoc ſine Sole ſuis.

Diuo

Diuo Gregorio Eccleſię Doctori, & Pontifici;
Qui è magno maximus ſuis pręclariſsimis
meritis eſt effectus.

Epig. XXX.

MAgnus Alexander, Perſa iam Rege ſubacto,
Dictus, & hoc magni nomine dignus erat.

Ter magnus, Gregori, nihil hoc, ter maximus ipſe es,
Qui Pater imperium maximus Orbis habes.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Patritio Epiſcopo, & Confeſſori,
Meritò Patritij conſequuto nomen, propter eximiam, ac ſingularem erga omnes pietatem.

Epig. XXXI.

A Patre Patritius, Patris inſtar, viſcera Patris
Oſtentat miſeris, quos pius vſque fouet.
Ille vel Inferni penetralia lætus adiret,
Subtraheretque animas, quas habet ille locus.

Digitized by Google

Diuo Ioſepho Confeſſori,
Diuino cui priuilegio, Seruatoris Mundi
licuit eſſe Nutricium.

Epig. XXXII.

REctori ſeu par Mundi, ſeu proxime, Ioſeph,
Cui data Sponſa virens, Virgo, eademq; Parens,

Qualis, & oh quantus, quam felix eſſe putaris,
Aeternum Verbum, cui domineris, habens.

Nam quodcumq; aliud, quæcumq; potentia Diuum,
Præ iam ſorte tua, creditur eſſe nihil.

Digitized by Google

Diuo Ioachim Confeſſori ,
Magnę Dei Genitricis Parenti optimo ,
ac meritiſſimo .

Epig. XXXIII.

IEſſæa,ò de ſtirpe genus,Genitorque Parentis ;
Quę potuit niueo gignere ventre Deum ,

Salue iterum , atque iterum ſalue ; tibi plaudit Olympus ,
Agnoſcitque Dei Matris vbique Patrem.

Deſine,Muſa,Patrem celebrare,antiqua,Mineruæ;
Antiquo Ioachim nam Ioue maior erit ;

Digitized by Google

Diuo Benedicto Abbati, & Patriarchæ.
Niualem mentis nè maculet puritatem, ſenticetum adit, inque eo ſe volutat.

Epig. XXX*IV*.

IGnibus Idaliæ Veneris dum fortiter ardet,
Et furit, accenſo pectore, flamma vorax,

Ad vepres Benedictus abit, ſe ſeque volutat;
Quaque aperit venas, defluit atra Venus.

Sanguine ſpina rubet, ſentiſque roſaria ſentit;
Vade profane cruor, Cypridos ite Roſæ.

Digitized by Google

Diuo Ambroſio Sanſedonio Ord. Præd.
Quem verſutiſsimus hoſtis aggreſſus, re infecta, nihil profecit.

Epig. XXXV.

TÆnario tibi ſæpè fuit cum Rege duellum;
Victus ſæpè Stygis tecta petiuit iners.

Occurſare tuis audet non ampliùs armis;
Ambroſii tantum nomine victus abit.

Digitized by Google

Beatiſsimæ Virginis Annunciationi,
Cuius commendatur excellentia, quæ conceptura
Deum, poſt partum Virgo eſſet manſura.

Epig. XXX*VI.*

VIrgo, maritales quæ nunquam ſenſerat actus,
Atque hæc iuncta ſuo Virgo pudica viro,

Delapſum complexa vtero, & paritura Tonantem
Reſtabit, qualis candida Virgo fuit.

Mira, Deum ſimul eſſe hominem, res mira, pudicæ
Virginis in clauſo ventre habitaſſe Deum.

Diuo

Digitized by Google

Diio Franciſco Paulæ Patriarchæ ,
Qui,pallio expanſo , fretum Siculum tranauit .

Epig. XXXVII.

CVm tibi Trinacriæ ligno tranande Caribdis,
Nec foret oranti qui daret illud iter ,

Inſolito ſubicis tumefactos remige fluctus ,
Et tibi dant certam pallia panſa viam .

Frænauit Neptunus equos,ſtupuitque videndo,
Credidit, & Dominum te Maris eſſe nouum .

Digitized by Google

Diuo Vincentio Ferrerio Ord. Præd.
Hic damnatos igni reos, atque ob id nulla ſpe ſalutis relicta, calore precum in cineres vertit.

Epig. XXXVIII.

AD mortem properant homines duo turpiter acti;
Sed quos nulla poli ſedula cura trahit.

Inuigilat ſed Præco Dei Vincentius iſtis,
Ac nè fune cadant, corpora flamma cremat.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Leoni Pontifici , & Con feſſori,
Paſtori ſummo,vigilantiſsimè ſuum grege m
tutanti .

Epig. XXX*I*X.

SÆpè gregem inuadit Domini fera bellua morſu
Crudeli,& miſeras enecat acer oues ;

Hinc paucæ euaſere necem,naċtęque ſepulchrum,
Ante diem nigræ præda fuere Stygis .

Perderet vt talem turbam,vulguſque ferarum ;
Ducitur a Superis maximus inde Leo ,

Diuo

Digitized by Google

Diuo Aniceto Pontifici, & Martyri, probibenti nè Clerici comas nutriant.

Epig. XL.

CÆſariem iactat flauam Citharœdus Apollo;
  Cæſariem Vates ventilat vſque ſuam:

Crinibus, & ſe ſe miles rutilantibus effert,
  Ceu Solymi Regis,cui coma cara ſatis.

Quiſquis amat formam viridi ipſo in flore iuuentæ,
  Hic Ganimedæas comparat arte comas,

Nec mulier longos minus ingenioſa capillos
  Nectit ad inſidias crinibus apta ſuas.

Clerum,Anicete,vetas meritò prodire comantẽ;
  Ex his namque comis corda ſagittat Amor.

Diuę Agneti Virgini Ord. Præd.
Quæ Ieſum tenellum delatum a Sanctiſs. Genitrice ſæpè dicitur amplexa eſſe.

Epig. XLI.

SParge preces,ò Sponſa, tuo conſtanter amanti,
Et Sponſum felix ad tua vota trahas.

Hic volat, hic properat, ſtellantem hic linquit Olympum,
Inque tuum hic lætus labitur vſque ſinum.

Fabula,ab axe Iouem,Danaen traxiſſe,Tonantem;
Nam meliùs verum tu trahis axe Iouem.

Diuo Georgio Martyri,
Plures palmas ob victoriam adepto.

Epig. XLII.

MActe, Georgi, animis, vt mactes enſe Draconem,
Et ſerues Populum a peſte repente tuum.

Macte, Georgi, armis atq; infer bella Draconi,
Cocytique ſide deſtrue clare domos.

Omnibus vt fias par rebus, ſparge cruorem;
Hoc tibi perpetuò laurea ſerta paras.



Diuo

Digitized by Google

Diuo Marco Euangeliſtæ,
Auguſtę Venetiarum Reipublicæ Rectori,
ac Patrono.

Epig. XLIII.

OMine quàm dignus ſis Regis, Marce, ferarum,
Non quòd es ipſe ferus, ſed trahis ipſe feras.

Bellua namq; tuas quæcumque inuaſerit oras,
Victa abit, vt victus grande Leone Lupus.

Iſmariæ hoc nouere feræ, quas ſępè duello
Viciſti, & victas non minùs ore premis.

Digitized by Google

Diuo Petro Martyri Ord. Præd.
Ictus lethaliter ab aggreſſore, cum decumberet, digito (Credo) humi ſcripſit.

Epig. XLIV.

QVam benè Apoſtolicis nè deſis partibus errans,
O Petre, a Petri nomine nomen habes.

Ille ſuum ſtatuit (Credo,) poſuitq; fidelis
Vim fidei: firmas tu tibi (Credo) fidem.

Quod ſi terra Petri maduit ſpectabilis oſtro,
Non minus hęc oſtro iam madefacta tuo eſt.



Diuæ Catharinæ Senenſi Ord. Prǣd. Seraphinæ, Diuino amore aſſiduè languenti.

Epig. XLV.

QVandoquidem mihi cor adimis, ſemperque gementem
Me cogis, Ieſu, viuere, coge mori.

Vita atrox homini, ſi quando pectore ab imo
Cor abeat, potiùs vita putanda nihil.

Vel mihi redde meum, vel ſi non reddis, amator,
Trade tuum, meliùs viuere vt indè queam.

Diuæ

Diuo Philippo Apoſtolo.
Par Magiſtro efficitur, ad Crucem damnatus.

Epig. XLVI.

QVadrifida Ieſus moriens trabe ſi ipſe pe-
pendit,
Floridus & lectus Crux inamæna fuit;

Tam ſæuam mortem nè dedignare, Philippe,
Ferre, vt ſit lectus floridus ille tibi.

Dedecet imparili procedere lege Magiſtrum;
Par eſt diſcipulum, quæ tulit ipſe, pati.

Digitized by Google

Diuo Iacobo Apoſtolo.
Perculſus in capite baculo, vernantem humum reddidit.

Epig. XLVII.

ORe caputChriſtū ſimul,& (Iacobe)Magiſtrū
Inſidis celebrans, & ſinè lege reis,
Præmia non alia exportas, quàm fuſte cerebrum
Diffundi, & fracto vertice ſpargere humum.
Scilicet in capite ipſe caput, corpuſque relinquis,
Vt valeas velox tendere ad aſtra volans.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Antonino Archiepiſc.Florentino,Ord.Pręd. Ob corporis tenuitatem monito,nè in Religionem nomen daret .

Epig. XLVIII.

PArue quid inſanis,quid nubila clauſtra requi-
ris ,
Suſcipis inque humeris robore maius onus ?

Clauſtra,Gigantęis qui præſtant viribus,intrent,
Et ſubeant humeris pondera digna ſuis .

Heu fallor : felix adeas felicia clauſtra ;
Sis licet hinc infans, inſtar Atlantis eris .

Sanctæ

Digitized by Google

Sanctæ Crucis Inuentioni.

Epig. XLIX.

AMiſit Mundus iam certæ ſigna ſalutis;
Luminibus rapta es cum pretioſa tuis:

Reddita certa ſalus eſt, cum rediuiua rediſti;
Hoſtibus erepta es cum benedicta tuis.

Certa ſalus maneas nobiſcum, ſemper vt vna
Sis miſeris nauis, portus, & aura viris.



Digitized by Google

Diuo Athanaſio Epiſc. & Confeſſori,
Qui diutiſsimè paterno in ſepulchro latuit,
nè ab hoſtibus inueniretur.

Epig. L.

I, Pete, ne dubites, Athanaſi magne, ſepulchrum,
Atq; ibi delitеas, mors vbi tecta iacet.

Si qua petenda quies, vel ſæua a morte repoſcas
Mors erit hæc melior, quam ferus hoſtis erit.

Deniq; in obſcuro nihil eſt, quod corde requiras;
Clarus in obſcuro ſtatq;, videtq; Deus.

Diui

Digitized by Google


Diui Michaelis Archangeli Apparitioni.

Epig. LI.

HIc vbi Threiciȩ cuperent manſiſſe phalanges;
Et regere imperiis Itala Regna ſuis,

Propugnator adeſt Michael, terretque minaci
Iſmarias acies enſe, fugatque ſuo.

I procul Auſoniæ Gens barbara territa ab oris;
Non locus hìc Lunæ: Sol habet vſquè locum.



Digitized by Google

Diuo Stanislao Epiſc. & Martyri, Euocanti ab Inferis mortuum, ad faciendam Regi fidem.

Epig. LII.

MIra fides! Proceri infido vt mendacia tollas,
Et doceas Regem non violare fidem,

Oſſa iubes Petri rediuiua reſurgere ad auras,
Seque ſuo caro ſiſtere velle Patri.

San-

Digitized by Google

Sancti Dominici Translationi ,
Cuius tumulus, cum ſanctiſſimum illius depoſitum
transferretur, mirum odorem efflauit .

Epig. LIII.

HYblæi flores , & prata virentia campi,
Germinaque, & rubris lilia mixta roſis ;

Vna omnes magni ad Patris frondete ſepulchrum
Guſmani, & felix vndique ſpiret odor .

Ah , quid ego dixi ? proprios emittet odores
Hic tumulus; flores hic Paradiſus habet .

Digitized by Google

Diuo Philippo Nerio ;
Eructanti flammea ſuſpiria prę nimio Diuini
ardoris calorę .

Epig. LIV.

VIſcera , quæ circum luctatur,flamma,Veſeui,
Et vomit aſſiduos irrequieta globos ,

Par eſt ardenti, calidoque ſimillima cordi
(Crediderim verè),magne Philippe, tuo :

Nam tua , quæ nutrit præcordia, flamma,ſupernis
Ignibus eructat nocte, dieque faces .

Digitized by Google

Diuo Iacobo Salamonio Ord. Pręd.

Epig. LV.

QVi fueras Virgo viuus, poſt funera Virgo
Viuis adhuc poſt tot ſæcula viuis adhuc.

Diuo

Digitized by Google

Diuò Norberto Epiſc. & Confeſſori.
Miſſam facit Aulam, vt meliùs dedat ſe ſe contemplationi.

Epig. LVI.

QVam bènè,Norberte, ex Aula fugitiue recedis;
Scilicet vt poſſis Aulicus eſſe Dei.

Nam quæcumque mouent minùs hìc ſublimia terræ
Sunt nihil, & magno plena timore ruunt.

Nunc ſpes firma tibi,ſpes eſt firmiſſima in Aſtris.
Aſtra vocant, reuocant Aſtra, ſequare Deum.

Diuo

Diuo Barnabæ Apoſtolo.
Additus comes Paulo, Apoſtolico munere fungitur.

Epig.LVII.

EXequi Euangelici quo poſſis iam benè partes
Muneris, & toto grandior Orbe tones;

Is comes addictus Paulo; tonat ille coruſcis
Verbis, atque homines dulciter ore beat.

Non alio poteris tutò meliore Magiſtro
Ire, nec ad Cœlum tollere corda face.

Digitized by Google

Diuo Antonio Patauino ;
Cum Puero Ieſu deliciante.

Epig. LVIII.

LVde libens, miſceque iocos,& ſtringe tenellum
Antoni,caſto corde,pudice , Deum.

Ille tibi blanditur amans , atque optat amantem ;
Et paribus ludens itque, reditque iocis .

Jure Deo eſt famulus dignus,cui quicquid ab illo
Excupitur , cupitur : quod petit ille, petit .



Diuo,

Digitized by Google

Diuo Baſilio Magno, Epiſcopo, & Confeſſori, re nomini reſpondenti.

Epig. LIX.

QVam meritò regale tuũ tibi conuenit iſtud,
Baſili, nomen, quod ſatis alta notat.

Dignus es imperiis, vt qui ſublimia mandas,
Debita ſuntque tibi munera digna Deo.

Curuentur tibi iam faſces, tribuantur honores,
Regius in terris quem Deus vnus amat.

Digitized by Google

Diuo Vito Martyri,
A Vita Ieſu a puero qui nunquam abiuit.

Epig. LX.

SEù nomen dat Vita tibi, ſeù Vitis amœna,
Vtroque es dignus nomine, Vite, puer.

Omina nè deſint felicia vitis amœnæ,
Vitis, qui eſt Jeſus, palmes habere mihi.

Ac nè fortè tibi deſint iam munera vitæ,
Jeſus, qui Vita eſt, donat vtrumque tibi.

Diuis Marco, & Marcellino Martyribus, Tyranno, libertate loquendi, aduerſantibus.

Epig. XLI.

SAluete, ò Fratrum duo nomina, cara Tonanti,
Sub quorum auſpiciis ſtatq;, vigetque fides.

Impietas nè fortè queat iam fallere vtrumque,
Expugnat falſos vis vtriuſque Deos.

Ire catenatos iubeat lex dira Tyranni;
Tradita libertas dulcior ore meet.

Digitized by Google

Diuis Geruaſio, & Protaſio Martyribus, conſtantiſsimo, ac pari pectore Chriſtum conſitentibus.

Epig. LXII.

INclyta progenies Fratrum, qui ſanguine ab vno
  Proditis, Chriſti pectora iuncta fide.

O ter felices, qui vos genuere, parentes!
  Jure Deo, ac Superis dignus vterq; parens:

Namq; vt victores palmas poſſitis Olympi
  Conſequi, ad arma ſimul vos genuere pares.

Diui

Digitized by Google

Diui Ioannis Baptiſtę Natiuitati.

Epig. LXIII.

NAſci nè tardes, Solem præcurre micantem
Juſtitiæ; nato te, venit ille celer.

Si neſcis,(vteri quia clauſus carcere dormis)
Lucifer a magno es iam Genitore datus.

Solis vt antè micans pręcurrit Lucifer ortum,
Venturo Domino ſic benè luce præis.

Diuo Leoni Pontifici.
Prędicatores in Infideles adhortanti.

Epig. LXIV.

PAſce fidelis oues, Leo Paſtor, paſce capellas;
Inueniaſque tuo paſcua digna grege.

Paſce canes, qui dente lupos ab ouilibus arcent,
Seruire hi Domino, nocte, dieque valent.

Non poſſunt alii meliùs prodeſſe labore;
Tolle canes; nutris protinus inde lupos.

Diuis

Digitized by Google

Diuis Petro, & Paulo Apoſtolis.

Epig. LXV.

ITe, pari ſtudio iam ferrea corda docete;
Ite, nigram pręda iam ſpoliate Stygem.

Sidera Atlanteo non amplius aurea dorſo
Torquentur; Cœlum vis noua veſtra regit.

Impia credulitas Orbis ceſſabit, & vna
Vera fides per vos vſque vigebit ouans.



Digitized by Google

Beatę Virginis Marię Viſitationi.

Epig. LXVI.

SVrge, abeas, montana petas, cognataq;tecta;
Joannis pręgnans te vocat alma parens.

Natus vbi ex vtero mox iam prodiuerit huius,
Indicium Nati,quod dabit, vſq;tui eſt.

Eia,age,carpe viam,caſtumq; aſsume maritum;
Eliſabeth poteris ſola beare domum.

Digitized by Google

Diuo Bonauenturę Epiſcopo, & Confeſſori,
Vt in Familiam Seraphicam det nomen, ex qua,
ſacco relicto, Cardinalis erit euaſurus.

Epig. LXVII.

INdue Seraphicum, Juuenis Sanctiſſime, ſaccum,
Quando hic Regali eſt ſyrmate nobilior.

Nam quæcumque breui veſtis pretioſa ſeneſcit;
Deſpiciet ſenium quæ tua membra teget.

Quod ſi fortè velis, mutabis murice ſaccum,
Vt diesu fias, qui modo pauper eras,



Diuo Alexio Confeſſori,
Qui relicta Vrbe Româ, ſpreto connubio, aliò profectus eſt, vt Virginitatis Amanti, ab humanis deliciis procul, ſeruiret.

Epig. LXVIII.

QVò fugis, ah, quò iam trepidus concedis Alexi,
Cur linquis patrios, ò ſine mente, lares?

Quò pergis, nullũ auxilium eſt tibi, nulla voluptas,
Nulla tibi blando ſpem fouet ore parens.

Hic tibi connubio felici eſt tradita coniux:
Hac fruere, vt pulchra ſis quoq; prole parens.

Ah perſta, atq; animo conſtans ſectare cupitum
Propoſitum; ſic quò pergis, adire datur.

Diuæ Margaritæ Virgini, & Martyri,
Catenato Auernali Dracone, triumphanti.

Epig. LXIX.

QVæ te fœda Stygis minitantis forma Draconis
Terret, & ingenti ceù vorat ore ferox?

Nè dubites, nam parua quidem formica nocere
Quid poterit, vel quid muſca nocere poteſt?

Sume animum, conſtringe feram, ſtrictamque fatiga,
Quam potis eſt pueri vincere parua manus.

Diuæ

Digitized by Google

Diuæ Mariæ Magdalenæ,
Vt Ieſum amantem ſibi conciliet.

Epig. LXX.

MAgdalis immundos, dum non perquiris amantes
Ampliùs, & fidum quæris habere nouum;

Virgo adeunda tibi Genitrix, quæ tradat amanti
Te Nato, iungat pura & vtrumque fide.

Vade, iube fœdos thalamos abiiſſe priores;
Vnus amor ſat erit, ſatque erit vnus Amans.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Iacobo Apoſtolo.
Satis eſſe Apoſtolico in munere, Iberos conuertiſſe.

Epig. LXXI.

DIſce per æquoreos extendere retia campos,
Vt ſolita prædam ſedulus arte pares.

In promptu eſca tibi ſit,iam qua protinus hames;
Vt piſcis poſſit plurimus inde capi.

Ah, quid ego hæc dixi? ſac,tendas retia Iberis,
Namque huius prædæ gloria maior erit.

Digitized by Google

Diuæ Annæ B. M. V. Matri.
Ab excellentia Filiæ magnæ Dei Parentis qualis, quantaque ſit dignoſcitur.

Epig. LXXII.

FElices aliæ genitrices iure fuerunt:
Numina quod grauido ventre tulere ſuo:

At te nulla fuit felicior, Anna, parentum,
Nulla fuit, quæ non cederet, Anna, tibi.

Mortales edunt aliæ; tibi candida parta eſt
Virgo Dei ſummi, quæ foret alma parens.

Diuo

Digitized by Google

Diuæ Marthę Virgini.
Externis in locis triplici funiculo conſanguinitatis iucundè viuit.

Epig. LXXIII.

MAgdalis alma Soror, cui Ieſum contigit almum
Excipere in propria,& paſcere poſſe domo,

I celer, & ſedes alieno in littore quære,
Sola vbi Virginibus dux comes eſſe queas.

Vna aderit germana Soror, germanus & vna,
Vno quò ſitis corpore, cara Trias.



Diuo Petro ad vincula.
Meliora Petri vincula Regijs torquibus

Epig. LXXIV.

QVæ te vincla ligant, ſunt uincula certa ſalutis,
Vndiq; ſint penitus ferrea vincla licet.

Hiſce ego non torques meliores eſſe putabo,
Sint licet ex auro, ſintque adamante licet.

Nam quęcumq;ligant fera corpora vincula noſtra hæc,
Miteſcunt, vel ſi Numina nigra Stygis.

Digitized by Google

Diuo Dominico Guſmano,Patriarchę Sanctiſſimo,
Cunctis huius vitæ in procellis,ac periculis
Patrono potentiſſimo.

Epig. LXXV.

GVſmana de gente Pater,Pater inclyte,noſtris
Sedibus , & cunctis certa medela malis ,

Aſpice quos miſeri ferimus ſine fine labores ,
Et curis nimiis pectora noſtra leues .

Nam ſi noſtra tuo ducatur ſidere vita hæc,
Nulla oberunt rabidi ſæua pericla maris .

Digitized by Google

Diuę Marię ad Niues.
Iure optimo a niue capere cognomentum,
quæ tota niualis eſſet.

Epig. LXXVI.

NIl niue candidius, niuę nil ſpecioſius alba,
  Et niue candidior tu es benedcta parens.

Nix tibi complaceat, niue cum oblecteris amœna,
  Ipſo in Sextilis tempore mitte niuem.

Sic facis, vt nix, a quo nomine nomina ſumis,
  Sit bene deliciæ diuitiæq; tuæ.

Diuo

Digitized by Google


Domini noſtri Ieſu Chriſti Transfigurationi.
Ex ea conijci qua maieſtate fulgeat in Cœlo.

Epig. LXXVII.

VT Patre ab æterno genitum te nouerit Orbis,
Agnoſcatque hominem, nec minus inde Deum,

Protinus aerij præcelſa cacumina montis
Scandis, ſuntque tibi pectora fida trium:

Splendorem Sol, candorem nix præbet amœnũ;
Scilicet hi Cœli lumine membra tegunt.



Diuo

Diuo Donato Epiſcopo, & Martyri;
Vt fugiat ſocium infidum, inque fide parum conſtantem:

Epig. LXXVIII.

AH fugias, Donate, celer, nè ſiſte manendo;
Infido ſocius nè precor eſſe velis.

Namq; hic, quem carè ſectaris, Apoſtata verè eſt;
Dedoctus veram corde tenere fidem.

Lurida ſi ſubeat fortaſſe in Ouile Ceraſta;
Inficient Chriſti nigra venena gregem.



Diuo

Digitized by Google

Diuo Laurentio Martyri.
Non opus eſſe aliena Lauro, cui Laurea propria non deſit.

Epig. LXXIX.

QVo tua ſublimis virtus longæua vireret;
Et nulla poſſet fracta labare die,

Inclyta, Laurenti, tibi vis fuit indita Lauri,
Quæ micat, & toto tempore clara viret.

Fac, ſis par igitur Lauro, cui fulmina cedunt;
Aurum nobilius, ſi furit ignis, erit.

Digitized by Google

B. Mariæ Virginis Aſſumptioni.
Exornandum pheretrum eius omni florum genere.

Epig. LXXX.

VIrginis inferias, tumulo tellure parato,
Dedecet inferijs nec dare velle locum.

Sparge roſis pheretrum, pheretro fer & alba liguſtra:
Floribus a varijs vndiq; ſpiret odor.

Vocales compone modos, fidibuſque canoris
Attonitos capias qualibet arte viros.



Diuo

Diuo Hyacintho Confeſſori, Ord. Prȩd.

Epig. LXXXI.

SVb Duce Guſmano quid non prȩſtare licebit?
Quid non moliri, magne Polone, tibi?

Orȩ potens terræ, atque aſtris dominabere Olympi,
Perdere & Infernum non minùs ore potens.

Qua te cumque ferent Diuina oracula Cœli,
Semper adeſt Cœlum, Numina ſemper habes.

Diuo Bernardo Abbati.
Benè cum eo actum , qui Matrem hinc habeat , indè Natum

Epig. LXXXII.

VEl quod tu flagras magnę Genitricis amore,
Vel quod Nati ardes dulcis amore Dei,

Te benè vterque decet , quod ſtringis pectore vtrumque;
Vtraque res apta eſt corda beare tua.

Ignibus adde facem , maiorem pectore amorem
Concipe,vt hinc Natus ſit tuus,indè Parens.

Diuo Bartholomęo Apoſtolo.
Ad Superos per cruciatus faciliùs euolari.

Epig. LXXXIII.

VT meliùs ſubeas Cœlum, Cœloque fruaris;
Sitque tibi Cœlum pax, & amœna quies,

Pelle ipſa exutus, ceù ſit grauis ipſa, relinquis;
Quod ſpolium tutò viſcera tuta tegit.

Non opus eſt alis, quò lucida ſidera ſcandas;
Corporis exutus tegmine, ad aſtra meas.

Diuo Ludouico Galliꝗ Regi,
Cui pluris pietas fuit, quam diadema.

Epig. LXXXIV.

SOrdent Regna mihi, ſordent mihi ſceptra, Coronæ,
Et ſordent Po puli, diuitiæque mihi;

Si Cœlum aſpicio, Summique palatia Regis,
Et Solem, & Lunam, ſidera ſi aſpicio.

Ite procul quæcumque alij ſectantur amantes:
Rex ego;ſed Chriſti munera Regis amo.

Digitized by Google

Diuo Auguſtino Epiſcopo, Eccleſię Doctori, Patriarchę, & Confeſſori.

Epig. LXXXV.

DVm Sol vrit agros, dum Auguſtus menſis ad horas
Deuenit extremas, quolibet igne furens,

Auguſtine cadis, mundanaque cuncta relinquis,
Et tuus ad Coeli ſpiritus aſtra volat;

Dum te auguſta decent, auguſta palatia ſcande;
Diuus vt Auguſto Cæſare maior eas.

Diui

Digitized by Google

Diui Ioannis Baptiſtę Decollationi.
Imprecatio in Herodem, cuius iuſſu enectus eſt Magnus Domini Præcurſor.

Epig. LXXXVI.

O Obeas, diro menſas qui funere turbas,
Polluis appoſitos atque cruore cibos.

Digne feris, quæ membra vorent, lacerentque tremendo
Ore caput, nec ſit, quæ tegat, vrna capax.

Scilicet infandæ ſi ſubdis colla ſecuri,
Peiori tactus iure, Tyranne, cadas.

Beatę

Digitized by Google

Beatę Marię Virginis Natiuitati.
Vt nata è Superis quam citiſſimè Verbum in terras trahat.

Epig. LXXXVII.

NAſcere Stella maris, magni prænuncia Solis,
Quo viget humanum, Sole oriente, genus.

Naſcere in Orbe, Patris ſublimis Nata ſupremi;
Huius quo felix efficiare Parens.

Naſcere noſter Amor, noſtræ ſpes cara ſalutis,
Te naſcente, citò labitur axe Deus.

Diuo

Diuo Nicolao a Tolentino;
Auguſtini vt in inſtituto incipiat vehementiùs
clarere.

Epig. LXXXVIII.

CLarus vt Auguſti ſecteris maxima Patris,
Et fias meritis clarior inde tuis;

Miſſa facis, quæ dat fallax ſolatia Mundus,
Clauſtraque cum reputas, ſidera clara putas.

Quicquid habes, renuens conſtanti corde, recuſas;
Scilicet vnus erit, ſatque, ſuperque Deus.

Digitized by Google

Sanctę Crucis Exaltationi.
Non niſi a Cruce, & per Crucem parari vitam.

Epig. LXXXIX.

SAluete, ò celebris pulcherrima robora ſiluæ,
Credita cui extincti membra fuere Dei.

Ipſa vices Matris geſſiſtis tempore lethi,
Sit vigor in vobis plurimus vſque licet.

Vos ego ſupplicibus precor, ò Sanctiſſima, votis,
Inſitus vt corde hoc ſit mihi veſter amor.

Digitized by Google

Imagini Diui Dominici delatæ è Cœlo;
Cui nullæ ſimilis, manibus delata Virginis.

Epig. XC.

CEdat Apellæus labor omnis, & inclyta cura
Pingendi, ſtudium cedat & omne nouum.

Virgineis manibus noua tradita forma colori eſt;
Pingere ſci meliùs, pingere quàm ſcit Amor.

Hinc data Guſmani Mundo pulcherrima imago
eſt,
Pignere quam nullæ iam valuere manus.



Diuo,

Digitized by Google

Diuo Ianuario Epiſcopo, & Martyri,
Cuius cruor capiti oppoſitus non ſine euidenti
miraculo liquatur.

Epig. XCI.

ASpice, ceù parui ſit ſanguis tegmine vitri
Concretus, glacie durior ipſa hyemis;

Sed ſi fortè Caput conſpexerit ille, liquatur,
Nec quidquam tardus, cum veneraris, erit.

O'Caput, ò Sanguis venerabilis vndique cunctis,
A queis Parthenopi fons fluit vſque boni.

Digitized by Google

Diuo Matthęo Euangeliſtę,
Vt relicto telonio Ieſum Magiſtrum ſequatur.

Epig. CXII.

DEſine mirari ; illaqueant quę commoda vitam ,
Et veterem,verſo tramite,linque viam .

Non poterunt tibi diuitiæ dare præmia Cœli.
Diuitijs potius Tartara nigra paras.

Si meliora cupis, ſi Cœlica præmia queris ;
Qui tibi det facilis cuncta , Magiſter adeſt.

Digitized by Google

Diuo Michaeli Archangelo,
Cuius Machomachiam Cacodæmones pertimeſcunt.

Epig. CXIII.

PRincipis imperium, Princeps ſtellantis Olympi,
O' nulli inferius nobile Numen habes;

Nullus adeſt Chorus in Cœlo,quin lætus honoret;
Et ſint imperio ſubdita cuncta tuo.

Salue Militiæ Cœleſtis ſtrenue Princeps;
Per te bella gerens cum Styge victor ouat;

Digitized by Google

Diuo Hieronymo Confeſſori, atque Eccleſię Doctori; Vt relicta Roma in Eremum ſecedat.

Epig. XCIV.

Hieronyme in ſiluas te confer, tecta ferarum,
Lætus vbi in paruo limine ſemper agas.

Vade, age, Romulidum nè ſumma palatia quęras,
Lux vbi non lucem, ſed parit vſq; chaos.

Delicias dare Roma poteſt, dare ſilua quietem;
Occupat illa hominem; præparat iſta Deum.

Digitized by Google

Diuo Remigio Epiſcopo, & Confeſſori, Paſtori optimo, ac cordatiſſimo, excubias vtique in gregem agenti.

Epig. XCV.

NOn opus eſt alio, quam Petri remige ad Aulam
Remigio, infidum quo ſecet arte ſalum.

Ingreditur ſyrtes, ſinuoſaq; carbaſa pandit,
Inter & ambiguas tutus it vſque vias.

Hinc melior Petro, nam naufragat Aulicus iſte,
Piſcatur Chriſti tutior ille fidem.

Digitized by Google

Diuo Angelo Cuſtodi.
Excellentia hominis ex cuſtodia Angelorum ſpectanda.

Epig. XCVI.

NE' trahat ad nigras Erebi Draco liuidus oras,
Demergatq;animas, qua patet vndaStygis,

Terræ a principio, primaq; ab origine Cœli,
Cum productus humo iam fuit æger homo,

Vſquè vigil datus eſt Cuſtos, qui pelleret hoſtem,
Angelus.O' miræ conditionis homo!

Sera

Digitized by Google

Seraphico Diuo Franciſco Aſſiſiati,
Qui comparatur Chriſto.

Epig. XCVII.

VT daret aſſimilẽ Nato Rex magnus Olympi,
Et foret ille ſuo par, propiorque Sato;
Te, Franciſce capit ſublimia dona daturus,
Scilicet vt Nati grandis imago fores;
Nam quicumque videt nudum,atque omnis egentem:
Continuo Natum dixerit eſſe Dei.

Eidem Patriarchæ Sanctiſsimo, Stigmata accepturo, vt filio Dei ſimilior efficeretur.

Epig. XCVIII.

I, Pete, quid ceſſas? montana cacumina pernix,
I, Franciſce, adeas te magè digna loca.

Iam ſatis indulſti, repens mentique, animoque
Per terram; reſtant celſa petenda tibi.

Si neſcis, alto ſteteris cum vertice, pignus
Grande feres, vitæ ſigna futura tuæ;

Nàm qui te ſimilem ſibi iam perfecit, abundè,
Nè quid diſſimilis ſis, dabit ipſe viam.

Vulnera, quæ plantas illi, quæ vulnera palmas,
Vulnera, quæ pectus iam ſubiere ſuum,

Illa pedeſque, manuſque tibi ſacra vulnera figent,
Alter vt alterius vivat in ore beans.

Alter eris Ieſus toto ſpectabìlis Orbe,
Nè deſit, felix qui ſit in Orbe ſalus.

San-

Digitized by Google

Sanctiſs. Virgini Marię Roſarij, Amantiſsimæ Tutrici in periculorum turbinibus.

Epig. XCIX.

NAuibus innumeris totũ compleuerat æquor
Thrax ferus,& crebrò flammea tela dabat;

Qua vada cœca ſecat, Mars terret ferreus Orbem,
Lunataſque acies triſtia corda pauent.

Victor ouet ? non : Virgo parens fera in agmina dextram
Dirigit, & Lunam ſub pede celſa premit.

Digitized by Google

Diuo Brunoni Confeſſori, ac Patriarchæ, Candicanti in nemorum vmbratili ſtatione.

Epig. C.

QVis nigrũ Æthiopũ dedit hęc tibi nomina, Bruno,
Luce ò candidior, candidiorque niue?

An quia fuſca tibi palleſcunt ora nigranti
Fumo ignis, qui te nocte, dieque cremat?

Siluarum potius dare nomen debuit vmbra;
Nigra quidem, ſed quæ candida corda facit.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Placido Martyri ;
Qui in fluctus lapſus a S. Mauro ſocio
extractus eſt.

Epig. CI.

NActus es implacidos, Placide ò placidiſſime, fluctus,
Gurgitis implacidis cum rapereris aquis:

Obrutus inſanis fluuij iam fluctibus eſſes;
Ni Maurus dulcem fortè tuliſſet opem.

Prouenit a Mauro Syrtis dans improba lethum;
Sed lætum votum quam benè Maurus habet!

Digitized by Google

Diuæ Birgittæ Viduæ;
Dum iugi contemplatione Dominicam paſſionem contemplatur.

Epig. CII.

FOns oculis, Birgitta, tuis non ſufficit vnus,
Qui riget exuſtas quolibet imbre genas.

Contegis in calido ſi Etnæos corde caminos;
Parua tibi ardenti nòn erit vnda ſatis.

Sed ſi grande tui mare quæras dulcis amantis;
Sanguinis Oceano te leuat ille ſiti.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Dionyſio Areopagitæ, Epiſcopo, & Martyri, Splendidiori, cum tolleret Sol ſplendores.

Epig.CIII.

PRorſus vbi expertem ſpectaſti Sideris Orbem,
 Inque die medio non rutilare diem,

Argus es ex cœco, centeno lumine, factus;
 Et penetraſti oculis cernere quidquid erat.

Iuſtitiæ meliùs non poſſes noſcere Solem;
 Scilicet in teneb ris noſcitur ille magis.

Diuæ

Digitized by Google

Diuæ Tereſię Virgini Carmelitæ ;
Columbæ candidæ, liliaca albedine prædita.

Epig. CIV.

QVò fugis,ah, trepidans; quò plantas Virgo tenellas
Dirigis?inſolitum quò pia vertis iter?

Septennis patriaſque domos, proprioſq; parentes
Deſeris,& Mauros, qua furit vnda, petis.

Tempus erit cum ferre Crucem, cum vulnera poſſis;
Creſce,pati diſcas,fac,priùs, inde mori.

Digitized by Google

Diuo Lucę Euangeliſtæ.
Alludit ad Paranomaſiam.

Epig. CV.

CHriſtus vbi primum Sol iam deceſſit ab Orbe,
Paruaque iuſtitiæ lux orienti s erat;

Ne vetus inſtaret tenebris regnantibus horror;
Et Chaos aſſiduum,ceù fuit ante,foret.

Luce tua, Luca, cœpit ſplendeſcere Mundus;
Vt gereres veri Solis in Orbe vices.

Diuo Ludouico Bertrando Ord. Præd. Vel ab ipſa infantia nunquam terrenis illecebris irretito

Epig. CVI.

LVdere non unquam es viſus , Bertrande puelle ,
Tot pueri quales ludere ſępe ſolent.

Et tamen inſano didiciſti illudere Mundo ,
Ne foret , euicto te , tuus acer herus .

Sic illuſiſti, deſumpta vt nomina ludo
Non parerent aliud , quam tibi grande decus .

Diuæ

Digitized by Google

Diuæ Vrſulæ Virgini, & Martyri,
Meliori Sponſo nuptę.

Epig. CVII.

OPtima Amazonidum Ductrix, pulcherrima Virgo,
Cara Deo, puro pectore, iure Patri;

Quam benè millenis bellum iam millibus infers
Agminibus, cunctos vincere ſola potis.

Vt meliùs fias, poſt tot fèra prælia, victrix,
Victima cæla tuis ſola præibis ouans.

Diuis Simoni, & Iudę Apoſtolis:
Congeminata nomina gemino honore digna:

Epig. CVIII.

MVnere Apoſtolico defuncti fortiter ambo,
Ambo necis felix appetijſtis onus.

Diſſimilis facti veſtro nè fortè Magiſtro
Eſſetis, Domini continuiſtis oues.

Hinc non vis gladij, non vis ſuſpenſa ſecuris
Terruit, & potuit corda mouere metu.

Diuo

Digitized by Google

Omnium Sanctorum Feſto.
Communi gaudio communia Sanctorum merita efferenda.

Epig. CIX.

NVmina,quę vario Cœli celebramini honore,
Et ſua cuique breui ſtatque,reditque dies;

Par eſt inſigni celebrari vnà omnia feſto;
Lætitiæque vnum ſic ſupereſſe locum.

O' ego ſi veſtras poſſem ſpectare choreas;
Deſiperem, cordi ſi mihi terra foret.

Om-

Digitized by Google

Omnium fidelium Deſunctorum Commemorationi.
Nil eſſe præſtantius auxilio Manibus impenſo.

Epig. CX.

SI quis amor,ſi qua eſt pietas mortalibus ægris,
Et iuuiſſe patres, quos habuere,volunt;

Cocyti ad nigras deſcendant protinus vmbras,
Et fundant lacrymas,vota,preceſque ſuas.

Si quid fortè iuuat miſeros, poſt funera tandem
Fas erit auxilio nobiliore frui.

Digitized by Google

Diuo Carolo Borromæo S. R. E. Cardinali
A Sicario inuaſo.

Epig. CXI.

QVidnam eſt,quod cerno ? in Carolum Sicarius ? ad quid ?
Non bonus,& iuſtus,non pius ille fuit ?
Sic eſt. Ad quid vulnifica ergo mittere tela?
Mundus & inſontes odit, alitque malos.

Qua-

Digitized by Google

Quatuor Sanctis Martyribus Coronatis;
Quibus, celato nomine, ſatis eſſe coronę debent:

Epig. CXII.

FElices Fratres, ò terque, quaterque beati,
Militiæ æthereæ queis data palma fuit!

Non potis eſt Chriſti miles ſinè morte coronam
Accipere: in multo ſanguine ſerta virent.

Ite alacres, properate citi certamina paſſi;
Nomina nam vobis parta corona dabit.

Diuo Martino Epiſcopo, & Confeſſori,
Pauperum Patrono, miſerum miſeratori.

Epig. CXIII.

VEſtibus exuti dum ſic miſereris egeni,
Martine, vt gladio pallia dextra ſecet;

Viſus es exutum circumdare ſyrmate Ieſum,
Quod ſubitò oſtendit Ciuibus ille ſuis.

Talibus exemplis doceas, vitæque tenore.
Nulla erit arcta manus, nullus auarus erit.

Diuo Martino Pont. Maximo, & Mart.
Optimo, Maximo Chriſti Athletæ.

Epig.CXIV.

OMine, proh, quanto ſortitum nomine Martis,
Martine, ad bellum te fera monſtra vocant.

Ibis bellatum: vinces, partoque triumpho,
Maxima pro Chrſto victima cęſa cades.

Ars noua militiæ Icſu, nam victor obibis;
Non aliter grandi ſorte ſuperſtes eris.

Digitized by Google

Diuo Gregorio Thaumaturgo, Epiſc. & Conſ. Cuius nutui duriſſima quæque addiſcunt obtemperare.

Epig. CX*V*.

INſolito quæ more patras miracula, Diue,
Eſſe reor factis proxima viſa Dei,

Sedibus a proprijs iuſſos diſcedere montes,
Feciſti ad nutum currere mole tuum.

Concordes fluuius fratres, qui fecerat hoſtes;
Aruit ad calidas, cum daret arma, preces.

Mira quidem, Præſul, tua ſunt miracula dictu;
Crediderim (fas ſi dicere) te eſſe Deum.

Digitized by Google

Eidem;

Epig. CXVI.

STat fluuius, qui nuper currens omnia inunat,
Quiſnam eſt,qui potuit ſic cohibere lacum?

Quęnam vis frenare potens flumen?Baculus.Cur?
Gregorij eſt baculus, qui fluuium tenuit.

Hic Thaumaturgi baculus ſimilis Moyſi illi eſt;
Diuidit hic pontum; frenat at ille lacum.

Beatę

Digitized by Google

Beatę Marię Virginis Preſentationi.

Epig. CXVII.

VAde tenella, citis Templum pete paſſibus altum;
Vade, Creatorem, Virgo age, quære tuum.

Iam nunc principium noſtræ celebrabere vitæ;
Iam nunc Virgo parens plena ferere Deo.

Spicula pulchra comis, magno iaculare Tonanti,
Et capias oculis, qui capit omne, tuis.

Dinę

Digitized by Google

Diuæ Cęciliæ Virgini, & Martyri,
Sponſo Virginum pulcherrimè nuptæ.

Epig. CXVIII.

QVam benè nupta Deo mortales ſpernis amantes,
Virgo,nec tædas excupis alta nouas.

Hinc erit,vt multo,& puro ſpectabilis auro
Regna habeas,calces ſidera,ſceptra geras.

Hic etenim quæcumque vides,quæcumq;videbis,
Sorte tua poteris nobiliore frui.

Flos ille eſt campi,Roſa tu pulcherrima Cœli,
Vna voluntatum eſt nexio, & vnus amor.

Digitized by Google

Diuo Clementi Pontifici Maximo, & Martyri, Cui denegatum Sepulchrum Angeli poſuere.

*Epig.*CXIX.

ERgone Clementi meritum gens ſæua ſepulchrum
Denegat,& tumidum ſub mare membra iacit ?

Credita res : ſola hæc miſeris ſolatia reſtant,
Scilicet enectos vt breuis vrna tegat.

At benè prouiſum tumulū, quem denegat hoſtis,
Angelicæ ædificant, quà patet vnda, manus.

Diuæ

Digitized by Google

Diuæ Catharinæ, Virgini, & Martyri, Lacteolæ quà eloquio, quà martyrio, ac Virginitatis candore.

Epig. CXX.

SEù lacte ore fluis,ſeù ſecto guttere manas,
Lactea iam dici ſat, Catharina,potes,

Lactea,quod niueum geris imo in pectore Ieſum;
Lactea,quod Sponſo conſimilare tuo;

Lactea, quod nullum fuſcat te labe venenum;
Lactea,quod Cœli lactea pulchra via es.

Nil te candidius, nil te formoſius ergo eſt,
Lilia quæ ſuperas, vincis & alba niues.

Diuo

Digitized by Google

Diuo Petro Alexandrino Epiſcopo, & Confeſſori.

Epig. CXXI.

PEtre,quid,inſpecto lacera cum veſteMagiſtro,
Cor tibi,quiduè animus iam tibi mœſtus ait?

Sanguinis vt fluuius,diſſecto corpore, manet,
Sciſsaque perpetuo vena cruore fluat.

Orbe triumphato, nè infelix Arrius erret,
Vre ſcelus; duce te, rectiùs Orbis eat.

Digitized by Google

Diuo Andreæ Apoſtolo,
Qui dum Cruci affigitur, hęc ad Ieſum, dilectiſſimum Magiſtrum è Cruce verba habet.

Epig. CXXII.

FIgitur Andreas dum obuerſo vertice trunco,
Proque ſolo Cœli ſidera cernit hians;

Dicere crediderim, lętantem hæc verba Magiſtro:
Dulce mori tecum, lux mea, vita mea, eſt.

Omnia non ſimiles. Morienti cernere Olympum
Fas mihi; tu moriens de Cruce cernis humum.

Namque ego te video; dum grandis in axe triumphas;
Tu ſpectas homines, dum pius vnus amas.

Digitized by Google

Diuo Franciſco Xauerio Confeſſori,
Comparatur Soli.

Epig. CXXIII.

AEtheree, ò Titan, cede illi, qui ęquore frontem
Tollit; lucem Orbi præbuit iſte nouo,

Oceano portat leges, & conſulit Indis;
Dignus Apoſtolus eſt, dignaque iura parat.

Sic Titan voluit nouus hic deſcendere in vndas;
Nam ſic Phœbus agit, ſic agit ille micans.

Digitized by Google

Diuæ Barbaræ Virgini, & Martyri.
Alluſio ad nomen.

Epig. CXXIV.

NIl te tale decet,Virgo ò placidiſſima,nomen;
Barbara,barbariem docta fugare procul.

Hoc tibi,qui impoſuit nomen,Pater improbus,iſte
Barbarus,& tali nomine dignus erat.

Si quid habes,meritò fieri, quo barbara poſſis,
Es meritò in Stygios barbara facta Deos.

Digitized by Google

Diuo Ambroſio Epiſcopo, & Eccleſiæ Doctori.
Ominatò ſortitur nomen Ambrosij.

Epig. CXXV.

ROſcida Pindaricis fertur ſtipaſſe labellis
Mella ales, dulces condere ſueta fauos.

Fabula: nam melior tenero ſtipauit in ore
Mel tibi, & Ambroſiam condidit illa nouam.

Omen erat, cum non alio ſplendeſcere poſſes
Nomine, piſcator dulcis vt inde fores.

Beatæ Mariæ Virg. Immaculatæ Conceptioni,
Orbem exhilaranti.

Epig. CXXVI.

CAndida liliacos referens ſine labe colores,
Quæ potis alpinas vincere es alba niues,

Vnica formoſa, & Regum cariſſima Regi,
Conceptura Deum, conciperis Genitrix.

Par fuit è Superis, quæ mox raptura Tonantem eſt,
Eſse huic delicias, quas Paradiſus habet.

Diuo

Diuo Damaſo Pontifici Maximo;
Qui cum Virginitatis flore vigeret, ſtudio poeſeos
eſt delectatus.

Epig. CXXVII.

QVam benè doctiloquis crebrò ſociare Camœnis,
Damaſe, & ad numeros fila canora moues.

Scilicet inceſtos Virgo, qui ſpreuit amores,
Allicit innuptas ad ſua plectra Deas.

Hinc tibi Daphne animo, quæ Phœbum fugit amantem,
Virgo tuas lauro cingit amica comas.

Digitized by Google

Diuæ Luciæ Virgini, & Martyri,
Conſtantia martyrij cæco Orbi affulgenti.

Epig. CXXVIII.

LVce frui liceat quo, Virgo, ſemper amœna
Orbi, oculis orbo mentis, & ire polum;

Iuſtitiæ Solis, melior Phaetonte, quadrigas,
Quà Cœli felix orbita ducit, agis.

Iam non Eridani plorant incendia ripæ;
Tutior Orbis erit, quo magis ipſa micas.

Digitized by Google

Diuo Thomæ Apoſtolo:

Excuſatur ab infidelitate: nam qui amor alioquin totus purus eſt,& ſimplex,in dubium verè amantem interdum vocare ſolet.

Epig. CXXIX.

CRedula res Amor eſt, Thoma, res pura putatur;
Nil vocat in dubium, nil agit inde dolo.

Perfidiam procul ille fugat: quid perfidus ipſe es;
Nec paſſum reducem credis,inepte, Deum?

Ah,ſcio: tantus amor tibi pectora concremat, vt qui
Iam viuit, iam non viuere poſſe putes.

Google

Chriſto, Soli Iuſtitiæ orienti
Deprecatio.

Epig. CXXX.

NAſcere, naſcenti qui Sol das lumina Soli,
Quique Deus nutris tam benè luce diem
Splende Oriens, iam ſplende Orbi, vel ſuffice matrem,
Tam fugat iſta Chaos, quam fugit alma nefas;
Si potuere duo tenebris inuoluere Mundum,
Luce duo, Sol, & Luna, feretis opem.

Diuo

Diuo Stephano Protomartyri,
Cui lapidum turbo,quo a Iudæis immaniter eſt appetitus,pulcherrima coronæ materies extitit.

Epig. CXXXI.

NE' qua tibi lapide è rutilo pretioſa corona
Deſit ad ornatum,purpureumque iubar;
Quos lapides fera turba iacit,quibus ipſe rubeſcis,
Horum materiem copia grandis habet.
Ac nè deſpicias,quod magna è mole parentur,
Gemmarum ſortes hoc genus vſque decet.

Diuo Ioanni Apoſtolo, & Euangeliſtæ,
Qui ob virginitatis priuilegium, & dilectus à Ieſu
eſt, & magnæ illius Parentis eſſe filius meruit.

Epig. CXXXII.

FLos ego, ſed quem flos campi facit eſſe virentem;
Virgo ego, ſed cui dat Virginis ille decus.

Hinc amor, hinc cupior, ſpargoque fidelis odorē;
Hinc me natus amat; me cupit indè Parens.

In medio poſitus ſimilis iam reddor vtrique;
Et mea ſit mater, quæ fuit ante Dei.

San-

Digitized by Google

Sanctis Innocentibus.

Præclarè cum ipſis actum, qui vix nati, ceu matutini flores, ſub ipſum ortum execti ſunt.

Epig. CXXXIII.

NVmina, quæ vitæ limen vix ægra ſubiſtis,
Et cum cœpiſtis viuere, iuſſa mori;

Inuidia vos eſſe reor digniſſima, quæ iam
Ferre iugo exilii non didiciſtis onus.

Nam cum plena malis ſit vita, & ſepta periclis,
Ex vtero ad tumulum tutum habuiſtis iter.

*Diuo Thomæ Cantuarienſi Epiſc.& Martyri,
A ſuo Rege, propter inſuperabilem animi conſtantiam,
quam in tuenda Eccleſia præſeferebat,
vulneribus confixo.*

Epig. CXXXIV.

OPpugnet ferus inſidijs Rex pectora Thomæ,
In Thomam inſidijs nil agit ille ſuis.

Exilio mulctet, Regnoque exterminet amplo;
Plus redeunt vires, quò eſt procul ipſe magis.

Paſtor id expectat, reſecent dum ſtamina Parcæ,
Sanguine confracto, vero adamante ſuo,

Diuo Sylueſtro Pontifici Maximo.
Nè ſummam poteſtatem detrectet, futurus aliquando, vt non ſine ingenti Eccleſiæ acceſſione in ipſius gremium Magnum Conſtantinum excipiat.

Epig. CXXXV.

IN ſyluas fruſtra ire paras, Sylueſter, opacas,
Quo lateas, Populos neù moderere pios.

Indicium latè tua dat clariſſima virtus,
Ceù Sol, elatas cum terit axe vias.

Siſte, redí: proh, quam magnum piſcabere Piſcem,
Iuris Apoſtolici ſi tua nauis erit!

Diuo Dominico Guſmano, Sacri Ordinis Prædicatorum Fundatori,
Qui cum geſtaretur in vtero, viſa ſibi Mater geſtare latrantem catulum, ferentem in ore facem.

Epig. CXXXVI.

QVem tenerum, Genitrix, fœtum complecte-ris aluo
Cum face latratus mittit ab ore canis;

Iam nunc ille vigil Domini præmunit ouile;
Indicitque feris prælia dira Lupis.

Ac nè fortè ſuus cautis Paſtoribus ignis;
Deſit, ad excubias cum comitantur oues;

Clauſus adhuc vtero flammarum pabula nutrit;
Nam vel ſi lateat lux, erit Orbe Canis.

Eidem

Eidem Sancto;
Ad auras huius vitæ edito,

Epig. CXXXVII.

QVod iubar inſolitum, quæ fax, quæ ſtella coruſcans
Exoriens complet lumine vtrumque polum?

Num rediuiua micant Domini naſcentis Olympi
Sidera, & occaſus num vetus omnis abit?

Præficit an ne noui Sol Mundo lucida Solis
Lumina Iuſtitiæ, quo cadat omne nefas?

Sic habet: exoritur, Domini qui nomine fulget,
Lumen vt occiduum neſciat iſte oriens.

Eidem Sancto.

Cum luſtrali aqua infans ablueretur, in ipſius fronte ſtella ſublucere viſa eſt.

Epig. CXXXVIII.

SOl Dominus, toto tenebras qui pellit ab Orbe,
Nocte, vel in media qui iubet ire diem.

Alter in Eccleſiam Sol Thomas miſſus Aquinas,
Pellere vt hæreſeos nubila fœda queat.

Virgo duos inter Soles data Luna Maria,
Candida quę radios Solis ad inſtar habet.

Sidus abeſt: ſit Guſmani frons lucida Cœlum,
Sideris inque nouo ſplendeat axe iubar.

Eidem

Digitized by Google

Eidem Sancto:
Cum Puellus adhuc eſſet, ſurgebat è lectulo, cubiturus humi.

Epig. CXXXIX.

VSque adeò nocturna quies tibi ſpernitur, optes
Ponere vt in nudo membra tenella ſolo?

Conſilij quid quæris inops? non æqua patrare
Viribus, & tenerum perdere corpus aues?

Creſce modo, nam cum fuerit florentior ætas;
Ritè per inſolitas tunc potes ire vias.

Noſco equidem: terram amplexus ſis fortior Antæus,
Herculis Inferni robora nulla timens.

Eidem Sancto,
Sæpiſſimè à Puero Templa inire cupienti.

Epig. CXL.

QVid tibi,quid iam vis,teneris dum paſſibus intras,
Ceù conſulturus Numina,Templa,Puer?

Auguror:excidium nigri meditaris Auerni,
Et Phlegetontæum conteris ore Ducem.

Vel Domini ſelix imitator Templa frequentas,
Sis vbi cum Domino non minus ipſe docens.

Efficis vtrumque,& precibus ſera Regna fatigas.
Et quæ ſint,Populos,iura ſuperna doces.

Eidem Sancto ,
Qui Puer ſtudens Palentiæ,graſſante fame, venditis omnibus,quæ penes ſe habebat,pretium egentibus erogauit .

Epig.CXLI.

CEcropias ſtudio tractat dum ſedulus artes
Guſmanus iuuenis,nocte,dieque vigil;

Ecce fames tota ſpatians graſſatur in Vrbe ,
Et furit in iuuenes, quæ ferit atra ſenes .

Hìc quid noſter agit ! quod habet , largitur egenis ,
Et ſibi nil cumulat,ni miſerantis onus ,

Macte puer ! noſti ſapiens ità,& eſſe beatus,
Qui miſerans tribuit commoda,vtrumq;ſapit .

Eidem

Digitized by Google

Eidem Sancto:
Spondenti ſe ipſum pretium ad redimendum captiuum.

Epig.CXLII.

GErmanum Soror ereptum plorabat,& ora
Spargebat lacrymis irrequieta ſuis.

Audijt hoc Heros,adijtque, & ſe obtulit illi
Pro pretio;caperet,quod daret,indè rogat;

En ego,dixit,ero ſeruus pro fratre futurus;
Conſultor melior nam tibi frater erit.

Quam verè Hiſpanis ſua ſunt,& Numina. Paulos
Iactes, Paulinos,grandis,Ibere tuos.

Eidem

Digitized by Google

Eidem Sancto:
Adoleſcens dat nomen in ſacram Familiam Canonicorum Regularium S. Auguſtini.

Epig. CXLIII.

DElicias inter vitæ Guſmanus amœnas,
  Inſidioſa magis cum venit atra Venus;

Nè qua puellaris nutet conſtantia, pondus
  Grande ſubit, magnum Religionis onus.

Viderat euigilans centeni luminis Argus,
  Septa inter meliùs poſſe rubere roſas:

Et ſibi Maieſtas nè deforet vlla regendo;
  Sceptra Auguſtini grandia Patris adit.

Eidem

Eidem Sancto,

Qui ætatis ſuæ anno trigeſimo (quo quidæm anno Dominus noſter Ieſus Chriſtus cœpit prædicare) prædicationis munus ingreſſus eſt exercendum.

Epig. CXLIV.

TEr denos natus Dominus feliciter annos,
Cœpit ad eloquium corda beare ſuum;

Ter denos, Guſmane,annos, Pater optime,natus,
Cępiſti eloquio cogere corda tuo.

Quam benè propoſitum completum eſt vno, & eodem
Aeuo,diſſimilis neuter, vt indè foret;

Namque hoc nõ ſimilisDomino,Guſmane,fuiſti;
Ille quod eſt Dominus maximus,ipſe minor.

Eidem

Eidem Sancto ;
In Galliam cum Oſmæ Epiſcopo ad hæreſeos extirpationem profecto.

Epig. CXLV.

GAllia liliacis paſſim conſperſa pruinis,
Sed quæ non niueis albicat atra modis;

Gallia lacteolum manet hæc te fuſca Magiſtrum,
In veteri vt plantes lilia priſca ſolo.

I, Domini,es cuius nomen ſortitus,& omen,
I Domini magnas, i, gere,Magne,vices.

Auguror;ingreſſu vel primo lilia plantas,
Hæreſeos crimen tollere vt indè queas.

Digitized by Google

Eidem Sancto;
Ingreſſo Galliam, & iam prædicanti.

Epig. CXLVI.

OMine felici tibi Gallus aditur, in ipſo
Grande aditu ſpolium, prædaque parta tibi eſt.

Vix aggreſſus opus, quod prima ab origine cœptum,
Incipis in numerum connumerare pium.

Nam ſimul, ac viſa eſt facies tua Cœlica, Cœlum
Fulgere eſt viſum nobiliore face.

Hinc ſi vnum rapis ad ſuperos, mox millia rapta
Centena, & clarus, te face, Olympus erit.

Digitized by Google

Eidem Sancto;
Qui Galliam ingreſſus ex ijs, quos conuertit,
Cauponem primum perduxit ad fidem.

Epig. CXLVII.

HIc te,qui primus venientem ad lilia prenſans,
Excipit ad Tugurj limina,Caupo venit.

Felix Caupo,capi vt poſſit, te ducit ad ædes;
Libertas capto, te capiente, datur.

Nobile principium prædæ;prædatus vt iſte eſt
Ante tuum aduentum plurima,præda manet.

Sic maiora vides proceſſu creſcere grandi,
Præda tua vt fiat Gallia tota manu.

De Mortis cogitatione.

Epig. CXLVIII.

PVluis es, & ſolido niti ex adamante columnę
Vis miſer infernas ò aditure domos.

Maiores i quære tuos: locus implicat idem;
Forſitan inferius ſors tenet atra reos.

Quid tibi primæui venturum Patris ad annos
Promittis, ſi non; quod modo perſtat, habes?

Vel ſapis, & quid ſit, ſapiens, meditare ſepulchrum,
Vel non, & dici mortuus eſſe potes.

Ad excolendam Charitatem Adhortatio.

Epig. CXLIX.

IRruat armatus, ferroque, ignique Satelles
 Luridus in toruum, cui malè notus amor.

Alpibus è gelidis, rigidiſque è cautibus ortum
 Peiorem reputem conditione feris.

O' quicumque tui ſpreuiſti, perfide, amantem,
 Aſſuete inſidijs ſæpè nocere tuis,

Nullus amas (ah nè dubita), iam nullus amaris;
 Per Charites Charitum conciliatur amor.

De

Debere diligi inimicos, cùm propter Deum: tùm verè etiam propter ſe ipſos.

Epig. CL.

QVem, miſer, appellans inimicum nomine ſignas,
Imperio ceù ſit de numero ille Stygis;

Par tibi, & aſſimilis Diuinæ mentis imago,
Nomine dicendus nobiliore fuit.

Vnus es, atque idem: potuit fortaſſis obeſſe;
Fecit, & infelix obſuit ille tibi.

Verte vicem, proh, quàm multis, quàm ſæpè nocere
Conſueſti ipſe, tamen crimina nulla luis;

In illud Euangelij, Marci 6.
Putauerunt ſe phantaſma videre.

Epig. CLI.

DElecti Proceres,tua gens,tua nautica claſſis,
 Chriſte,per vndoſum cum mare vela daret;

Extimuit,præſente Deo te, turbinis iras ;
 Credidit,& Lethes ſe tetigiſſe fores.

Non tamen agnouit medicum,miſeranda,ſalutis,
 Et phantaſma putat,quem videt eſſe Deum.

O'ego diſpereã, priùs hęc quàm crimina patrem,
 Te vt phantaſma rear, qui es mihi Sol, & Amor.

Digitized by Google

In Illud Euangelij Matthæi 4.
Ductus eſt Ieſus in deſertum a Spiritu, vt tentaretur a Diabolo. Et cum ieiunaſſet &c.

Epig. CLII.

SVrge, age qui torpes:tentator retia tendit,
Qui auſus ad inſidias ſollicitare Deum eſt;

Surge,quid inſtantis fraudes non conſpicis hoſtis,
Prouidus occultis nè capiare dolis ?

Res tibi cum veteri,fictoque,feroque Dracone.
Aucupio innumeras quàm malè captat aues.

Apta alas,tunc præcipuè cum quã offeret eſcam;
Ieiuno vinci corpore namque poteſt.

In illud Euangelij Matthæi 15.
Cum venerit Filius hominis in maieſtate ſua,&c.

Epig. CLIII.

QVæ tuba terribili ſonitu mihi perſtrepit aures,
Et tonat, infauſtis cum furit illa minis?

Nulla audita mihi maiori claſſica cantu
Terrere, armatam Marte agitante manum:

Ipſa, vel inſontes grandi formidine pulſat,
Excidio humanum nè ruat omnes genus.

Noſco equidem, ſunt Iudicij certiſſima ſigna hæc;
Hæc tamen haud Iudex, ſed mihi monſtrat homo.

X *In*

In illud Euangelij Matthæi 21.
Et intrauit Ieſus in Templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes.

Epig. CLIV.

FActa forum vt vidit ſua Jeſus Templa, & ementes
Turpiter iuſuetis quærere lucra modis;

Protinus eiecit, factoque è ſune flagello
Concutit, & tergo verbera crebra ſonant.

Proh dolor, exclamat, ſedem hanc mea Templa profanans
Venditor euertit? proh dolor, emptor adit?

Tempora, & ò mores! nonne hæc nunc intrat Adonis,
Et Cypris malè adit? Cypris, Adonis adeſt.

In

In illud Euangelij Matthai 25.
Quis eſt hic, &c.

Epig. CLV.

IMproba plebs Solymæ,vanis obnoxia ventis,
Docta per incertas aeris ire vias,

Scire cupis quis ſit,qui Cœlum,Sidera,Solem
Condidit, & quidquid conditus Orbis habet?

Ah,quid noſſe cupis,ſed,cum pernoueris,illum
Noſſe dolens, mentis funere tollis inops?

O' vtinam ſic non noſſes, vt perdere vitam
Auſa per inſidias, perdita & ipſa foret.

In illud Euangelij Matthæi 18.
Magiſter volumus a te ſignum videre.

Epig. CLVI.

SIgna petis:quæ ſigna petis?quæ ſigna daturus
Sum maiora Deus,gens ſine corde,tibi ,

Quàm quæ ſigna dedi? demiſſum ſcilicet alto
Vitæ me generis conſuluiſſe tui ?

Perfide,ſufficerent tibi talia ſigna;ſed inſtas,
Non quòd ſic meliùs viuere ſtulta ſcias ;

Inuidia ſed quod contortus viſcera , vitam
Odiſti penitùs tot mea ſigna videns .

In

Digitized by Google

In illud Euangelij Matthæi 15.
Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egreſſa clamauit, dicens: miſerere mei Domine fili Dauid: filia mea malè a Dæmonio vexatur.

Epig. CLVII.

I, Pete, nè dubita mulier, pete docta, quod optas
A Domino: vſque negat quæ petis, vſq; petas.

Non potis eſt rebus non reſpondere petitis,
Et ſi quid primo non dabit, indè dabit.

Cum lacrymis miſceto preces; tibi ſubuenit vltro.
Et quam non ſperas, fert tibi promptus opem,

Inſita na m Domino pietas; ſed poſtulat vnà,
Vt velit expoſci, quæ dare dona velit.

In

In illud Ioannis 5.
Erat dies feſtus, &c. Eſt autem Hieroſolymis
probatica Piſcina &c.

Epig. CLVIII.

VT facias,ars quod felix inuenerit omnis;
Et medicæ validum compoſuere manus;

Pharmaca,vt ore bibas,dulcem ſtillantia vitam;
Aureaque exuſto pocula corde vores;

Nulla queunt ſomenta tibi,medicamina nulla
Prodeſſe,infirmum crimina ſi vlla tenent.

In Siloe quam poſcis opem,languebit,aquarum;
Reddere te incolumem vis Domini vna poteſt.

Digitized by Google

In illud Matthæi 17.
Aſſumpſit Ieſus &c. Et transfiguratus eſt ante eos,

Epig.CLXI.

A Stabulo ad montes,tenebris procedis ab atris
  Ad lucem,a terris ſidera ad alta ſalis;

Rurſus ad occiduum limen regreſſus ab alma
  Luce, ſub humano tegmine,Chriſte,redis.

Quid vicium nobis notat hęc mutatio ? Cœtus
  Firmaſti dubij pectora lenta tui.

Ah quid ego inſpiciens,norim cum prorſus
    vtrumque,
  Claudico,& incertos tam malè firmo pedes?

Digitized by Google

In illud eiuſdem Matthæi 17.
Domine, bonum eſt nos hic eſſe.

Epig. CLX.

QVem fulgere vides rutilanti luce Magiſtrum,
Diuina, Simon, voce probante Deum;

Eheu cum rigidus mox conſpuet ora ſatelles,
Stulte, Deum timidus turpiter eſſe neges?

Ergone delitiæ potuerunt flectere Solis?
Solis ad occaſum deficientis abis?

Proh pudor! & poteris rediuiuum cernere Solem
Amplius? Ingrati, vade, age, crimen habes.

In

Digitized by Google

In illud Ioannis 8:
Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum:

Epig. CLXI.

A Patre progenitum, nullaque ab origine factum,
Æqualem Patri robore, vique parem;
Eſſe Deo te nil penitus me, Chriſte, docebit,
Quàm Crux, quàm claui, quàm graue mortis onus.
Me miſerum! tot, quæ patras, nil ſigna mouebunt;
Crux potis eſt pectus ſola mouere meum.
*S*cilicet ardentem licet hìc cognoſcere amorem
Poſſe tuum: eſſe Deum te docet ore necis.

Digitized by Google

In illud Matthæi 23.
Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi.
Amant autem primos recubitus in cœnis.

Epig. CLXII.

Vertice criſtato ſapientis nomina iactas,
Et malè ventoſus tollis inane caput;
Accubitus optas primos, primuſque vocari,
Inſanum vulgus qua glomeratur, aues.
Quid ſi ſerpere humi meliori dogmate diſcas,
Quique prior fueras, vltimus eſſe velis?
Nonne tibi meritos tribuet ſapientia faſces?
Quique prior fueras, tunc benè primus eris.

In illud Matthæi 20.
Acceſſit ad eum Mater filiorum Zebedęi, adorans, & petens aliquid ab eo.

Epig.CLXIII.

SEdula quę natis genitrix exoptat honorem,
Poſcit, & ambitum grandis honoris onus;

Culparet ſua vota libens, ſi ſciret, ineſſet
Quam malè, quæſito munere, cura grauis.

Optaſſet calicem meliùs, quem læta bibendum
Si daret, ad Superos grande aperiret iter.

Cum furit vnda Maris, lætis ſpatiantur in vndis
Piſces, hamatos queis tegit eſca dolos.

In illud Lucæ 16.
Erat quidam homo diues, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, & ſepultus eſt in Inferno.


Epig. CLXIV.

TEgmine purpureo pręfulgens diues auarus;
Byſſina cui tenero net pretioſa manus,

Crateras inter Bacchi, Cereriſque ſepultus
Dona, ruit calidas ad Phlegetontis aquas;

Cœpit vbi nimio infelix ardore ſitire,
Senſit, & infernos vrere cuncta lacus.

Poſcenti miſero latices vel gutta negatur;
Huic, qui non dederat, non benè dantur aquæ:



In

Digitized by Google

In illud Matthæi 25.
Vineam ſuam locauit alijs Agricolis.

Epig. CLXV.

VÆ miſero;ſi nulla tibi dat vinea fructus,
Quam plantat Dominus,quam rigat imbre, tuus;

Ibis cultor iners procul hinc,ac ſedulus hæres
Auferet hanc alius, cui magis apta manus.

Nam quæ dant acidas vineta inculta labruſcas.
Dulcis, & indigna ſorte racemus abeſt,

Inditium cultoris habent miſerabile inertis;
Cui tu quid facias? Eijcis inde procul.

In

Digitized by Google

In illud Lucæ 15.
Et abijt in regionem longinquam;

Epig. CLX.

QVid propriam, veſane, domum, patriamque, patremque
Deſeris, &, quæ hi dant, commoda vera fugis?

Scilicet vt fuſca macules nigredine famam,
Et valeas Veneris paſcere glande famem,

Exul abis, lactaſque animum ſpe vanus inani,
Teque tuo iugulas, quo furis, enſe ferax.

I, paſture nigros, iuuenis turpiſſime, porcos;
Non niſi ad immundos te decet ire ſues,

Digitized by Google

In illud Lucæ 11.
Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum &c.

Epig. CLXVII.

LVrida quæ gelido condis ſub pectore demens
Crimina, & occluſo,quod tegis ore, ſcelus,
Compellare tuæ ne poſſis voce ſalutis
Auctorem,cohibent,neuè loquare,vetant.
Obluctare tuo cordi,miſerande,tenaci,
Et facta pellas vi procul omne nefas.
Libera vbi fęda pice pectoris organa flabunt,
Diuino afflatus flamine verba dabis.

Digitized by Google

In illud Lucæ 4.
Ieſus autem per medium illorum ibat.

Epig. CLXVIII.

VIuo ego, ſum Dominus, mihi ius, mihi ſumma poteſtas;
Eſtque mihi imperium ſemper, & vſque fuit.
Præcipio Dominus: Dominus toti impero Mundo;
Immortalis ego: mors mea vita mea eſt.
Quod placitum facio, placitum mihi ſemper honeſtum,
Atque habet hoc placitum non niſi dulce ſuum.
Ite animæ amentes, aliud quæ Numen amatis;
Non niſi qui eſt Dominus verus amator amat.

In illud Matthæi 18.
Si peccauerit frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.

Epig. CLXIX.

SI quem fortè vides, ſonipes qui ſicut, habenis
Ruptis,in vetitum iam ſinè lege ruit,

Dulcibus allectum verbis,ſolumque vocatum
Eripe ab incœpta,quâ ruit ille, via.

Nec tibi vile putes tantum cepiſſe laboris;
Si neſcis,labor hic præmia ſumma feret.

Non aurum pluris tibi ſit, non commoda vitæ,
Quam frater,ſtudijs quem capis ipſe tuis.

Digitized by Google

Hodiè mecùm eris in Paradiſo.

Epig. CLXX.

MActe noua virtute Latro , petis impiger Aſtra ;
Hoc melior Latro,quo meliora rapis .

Cur.

Digitized by Google

Cur me cædis ?

Epig. CLXXI.

FLos ego: cedo: genas, quid cædis, dire Satelles ?
Et violas rubras, quid mihi in ore roſas ?

Quid eſt veritas?

Epig. CLXXII.

NOſſe cupis verum? verùm ſi nobile Verbi
Te coram eſt verum, nè pete verum aliud.



Stabat

Digitized by Google

Stabat Mater doloroſa :

Epig. CLXXIII.

VEl tibi, pulchra, dolor non parcit, Virgo; doloris
Non niſi iam Mater plenior eſſe potes.

Aue

Digitized by Google

Aue Rabbi :

Epig. CLXXIV.

FAllat vt inſipidus Sapientem corde Magiſtrum
Diſcipulus Iudas, ſic malè fatur : Aue.

Amice

Digitized by Google

Amice ad quid veniſti ?

Epig. CLXXV.

PRoditor es,Iuda ; tibi ſum ſi Ego fidus
Amicus ,
Non niſi amicitiæ nomine iure vocem .

Digitized by Google

V. Don Ioſeph Cribellus Cler. Regul. Congr. S. Pauli in Metropol. Bon. Pœnitentiarius pro Eminentiſs., & Reuerendiſs. D.D. Hieronymo Boncompagno Bonon. Archiep. & Principe.

Imprimatur.

Fr. Marcellus Ghirardus de Diano S. Theol. Mag. Ord. Præd. Vic. Generalis S. Officij Bonon.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google